

21. Imo quod est circumstantibus concurrentibus potest alia presumptio, quam fraudis capi, ea est capienda, ne delictum praesumat. l. Quoties 18. §. Qui aolo, ff. de probat. l. Merito 51. ff. pro factis.

22. Tandem praesumendum est, quinquetempora spectanda esse, in quibus haec alienatio potest fieri. Primum est, ante delictum. Secundum post delictum, ante illius accusationem. Tertium, post illius accusationem, ante litem contestationem. Quartum post litem contestationem, antetamen iudicis sententiam. Ultimum post illius sententiam. Sic considerant Doctores allegati in d. l. Post contractum, Caeterum quia ferè omnes idem dicunt in secundo, tertio, & quarto tempore, possunt illa tria regredi ad unum, & sic tria tempora ferè spectanda. Primum est, ante delictum. Secundum, post illud, usque ad iudicis sententiam. Ultimum post sententiam.

23. His praemissis, sit prima conclusio. Quaecumque alienationes quocumque et temporibus dictas factas in fidei fraudem, integram et fisco latae confiscationis sententia revocantur. Constat ex l. in fraudem 55. ff. de iure fidei, ibi: in fraudem fidei non solum per donationem, sed quocumque modo res alienatae revocantur. Et l. Si aliquis 7. ff. de donat. causa mortis. Et tradunt gl. l. Si quis possidet, verbo Reatus, C. de bonis damnatis. Et ibi Cynus num. 3, quod Angelus num. 3. Felix num. 7. Bart. l. Post contractum 15. num. 1. ff. de donat. Et ibi Alberic. num. 3. in fin. 4. Et s. Alciatus num. 235. Decius conf. 235. num. 1. vol. 2. Gregor. Lopez. l. 2. in fin. ii. a. p. 5. Tabiena in summa, verbo Affensus, quod univ. num. 4. Boss. in sua pract. tit. de bonorum publ. num. 44. Et §. 28. Pergrin. de iure fidei, lib. 2. tit. 1. num. 153. Scaccia tract. de iudicis, lib. 1. c. 98. num. 22. Valquez. t. 2. quod 96. art. 5. disp. 171. cap. 1. num. 2. Quamvis non desint contradicentes. Nam Salicetus d. l. Si quis possidet, in princ. num. 6. conatur probare non posse a fisco revocari donationes ante delictum factas in ejus fraudem. Et ejus sententiam dicit Montepicus d. l. Post contractum, num. 18. esse in puncto iuris veriorum. Atque cam fati confusè amplectitur Annibal ibi, a num. 33. Sed non est recedendum a conclusione postea, ac communitate recepta.

24. Dixi autem eas alienationes revocandas, & non esse irritas ipso jure. Quia cum per delicta, de quibus est in praesenti sermo, non sint bona publicata ipso jure, nec sit interdicta bonorum administratio delinquenti; non est cur ratione intentae fraudis in fisco, sint eo ipso irritae, sed datur ad hoc fisco revocationis petende. Quod sonant verba textus l. in fraudem, allata n. praecedenti, quae non dicunt has alienationes esse irritas, sed revocandas. Et tradunt Bart. ca. l. Post contractum, ante numerum 3. Et ibi Imola num. 1. Annibal num. 16. Alciatus num. 28. Montepicus num. 11. Angel. d. l. Si quis possidet, num. 3. Tabiena. Bossius num. praecedenti alleg. Cardinalis Tufchus in suis practicis conclusionibus, tom. 1. concl. 482. num. 2. Et 3. Quare merito Bartolus ibidem carpit Cynum dicentem hujusmodi alienationes non valere, mero jure. Potestque ejus sententia probari ex l. Si aliquis 7. ff. de donat. causa mortis, ibi Quamvis caetera donationes sine suspitione ponit facta valiant. Ergo a contrario sensu non valebunt, quando in fraudem, & metu penae. Sed facile responderi intelligi non valere cum effectu, & irrevocabiliter. Quia detecta fraudis revocantur.

25. Hinc deducitur primum, si non sequatur sententia condemnans, sed absolvens, aut nulla, alienationes minime revocari. Quia valent mero jure, donec per sententiam revocentur. Ita Angelus d. l. Si quis possidet, numer. 3. Et ibi Montepicus num. 77.

26. Secundo deducitur non posse fisco secuta sententia criminis condemnatoria apprehendere bona haec in ejus fraudem alienata. Quia cum alienationes valuerint, ac subinde dominium sit translatum in eorum bonorum possessores, debet procedi non via executiva, sed ordinaria contra illos, intentando actiones revocatorias. Ita Annibal ca. l. Post contractum, num. 16. Et ibi Montepicus num. 50. Card. Tufchus ca. conclus. 482. num. 3. 6. Et 7. At diversimodum est, quando alienatio non in fraudem, sed simulata elset. Quia cum sit proventus nulla, manent ea bona in delinquentis dominio: quare poterit fisco ea cum aliis bonis apprehendere. Sic Montepicus eo n. 50. Card. Tufchus ca. concl. 472. num. 1.

27. Idem tenentur, latum esse discrimen inter alienationes in fidei fraudem factas titulo oneroso, & lucrativo. Quia quando titulo lucrativo, non indiget revocatio recipiens rem illam fuerit participes fraudis, sed fati est alienantis fraus. At quando oneroso, ut emptio, commutationis, &c. indiget ut accipiens fuerit fraudis participes, alias non erit illi locus. Ut constat ex l. At prater re. §. Si quis participet ff. qui in fraudem credit. Ratio discriminis est, quia in contractu lucrativo, ut in donatione, agit donatorius de solo lucro captando, & ideo non existit ad revocationem participatio eius in fraude. At in contractu oneroso ea petitur, quod in eo agatur de damno vitando. Sic tradunt Bart. l. Post contractum, num. 3. ff. de donat. Et ibi Imola n. 3. Montepicus n. 38. Alciatus n. 35. Decius conf. 235. n. 4. vol. 2. Angelus l. Si quis possidet, n. 4. C. de bonis damnatis. Et ibi Salicetus in principio, num. 6. vers. Sed an tunc, & omnes.

30. Praesumitur autem doli participes, quando contractus fuit data opera clam initus. Argumentum ex l. finali, cum ibi notatis ff. de viis publicis. Hoc est contra Bartolum d. l. Post contractum, num. 7. dicentem ex hoc non praesumi fraudis participationem, & ideo incumbere fisco id probare. Sed contra illum tenent Alexand. ibi in addit. litera G. Et ibi Imola num. 3. Montepicus num. 53. Pergrinus de iure fidei, lib. 5. tit. 1. num. 162. Insuper praesumitur fraudis participes, si facti conjunctionis alienanti. Quod praesumatur facta facta sibi conjuncti, l. De tutela 7. C. de in integ. res, min. 25. ann. Sic Bar. Salic. Montepic. num. 46. addens dicendum idem, si sit amicus, ubi eos allegavit num. praecedenti. Sed intelligi, quando non est vulgaris amicitia. (Ut in simili diximus num. 9.) Atque intelligi has coniecturas sufficere, quando sufficere ex eis alienantis fraus colligitur. Quod quando contingit, diximus à num. 5. usque ad 22. quali sit ex eis non satis praesumeretur fraus alienantis, nec à fortiori praesumeretur fraus illius, in quem res titulo oneroso alienatae sunt. Insuper ex pretii parvitate, quae res empta est, praesumitur haec fraudis participatio. Ut rectè tradit Pergrinus eo tit. 1. num. 157. Non tamen praesumitur haec participatio ex delicto statim post alienationem secuto, eo quod potuit id ab emptore ignorari. Sic Bar. ibidem num. 8. Montepicus num. 62. Nec etiam praesumitur ex omnium bonorum emptioe, nisi aliam qua alia coniectura concurrat. Ut rectè tradit Montepicus ibi num. 38. Quare minus bene Antonius Gomez, tom. 3. variat. cap. ultimo num. 4. inquit in omnibus casibus, in quibus diximus à num. 5. usque ad 22. praesumi fraudem inalienantem, praesumitur in neutro recipiente, titulo enim oneroso, & ideo in neutro requiritur tunc fraudis probatio. Sed convincitur ex dictis, aliquas enim ex illis coniecturis probativitas non sufficere ad hanc fraudis participationem praesumendam.

31. Secunda conclusio fit. Quaecumque alienatio, siue titulo oneroso, siue lucrativo ante delictum facta à delinquentibus, quibus ob delictum non interdictur administratio, nec bona publicantur ipso jure, valet irrevocabiliter, quando in fidei fraudem non fit; atque adeo, nec secuta sententia revocabitur à fisco. Constat ex l. Si quis possidet 9. §. Si quid etiam. C. de bonis proscriptis. Ibi: Si quidem in emancipatis liberis, ante tempus criminis, ac reatus, patrum contrahisse claruerit, integram eisdem eivis inquisitionem reservetur. Et l. regia 2. tit. a. par. 5. in fine, ibi: Qui si decimus, que si iudice la donatione in ante que se huiusmodi fecerit et perre, que iniquum que le nescissent deservit, & le deservit puto contra et, que cadunt in donationem. Et ratio est, quia ante delictum nulla obligatio personalis, aut realis erat fisco acquiritur, qua nixus possit revocare. Item, quia futuri creditores nequeunt revocare alienata à debitoribus ante delictum contractum, cum tamen agent de damno vitando, nedum fisco, qui de lucro captando agit. Et ideo hanc conclusionem firmant universi Doctores allegandi.

32. Tertia conclusio. Idem prolixi est dicendum de alienationibus factis ab hujusmodi delinquentibus, non in fidei fraudem, post delictum commissum, quamvis accusati, & litem contestatio alienationem praecedat. dummodo sententia non sit secuta, valet enim irrevocabiliter, siue titulo gratuito, siue oneroso sint factae, atque adeo secuta sententia fisco eas non revocabit. Probatur ex l. Post contractum 15. ff. de donat. Et l. regia 2. tit. a. par. 5. quarum verba retuli num. 1. ubi expressè dicitur valere donationes post crimen factas, dummodo sententia non sit secuta. Et ratio est, quia ob hujusmodi delicta non auferuntur ante sententiam administratio bonorum, l. Astoribus 46. ff. de iure fidei. Item, quia pro delicto, & eius poena, non sunt factae bona obligata fisco. Ut constat ex l. Res uxoris 24. C. de donat. inter vir. & uxor. l. 1. C. de penis fiscalibus, ubi dicit observantur communitate Doctores; sed est solum jus contra delinquentis personam, quod non sequitur eos, in quo eius bona alienata sunt, l. finali, §. finali, ff. de contrah. empt. Hec conclusio est contra gloss. l. Ex iudicium 20. verbo Alienare ff. de accusat. ubi ait valere has alienationes post delictum factas, ante litem tamen contestationem, secus post. Diciturque, quod à die litem contestatae bona sint litigiosa, & subinde nulla alienatio valet, l. finali, C. de litig. At haec ratio confunditur, quia cum non de bonis, sed de crimine litigium sit, nequeunt bona dici litigiosa. Et ideo hanc conclusionem sustinent Bart. ca. l. Post contractum, num. 12. 13. & 14. Et ibi Imola n. 1. Cumanus n. 2. Montepicus n. 42. Salicetus l. Si quis possidet, in principio, num. 8. C. de bonis proscriptis, Et ibi Ave, num. 3. Antonius Gomez, tom. 3. variat. cap. ultimo, num. 4. Pergrinus de iure fidei, lib. 5. tit. 1. num. 178. Et displicet sequenti, Flores de Mensa in suis q. variis lib. 1. cap. 13. numer. 14. Scaccia lib. 1. de iudicis, cap. 98. numero 21.

33. Hinc deducitur minus bene Odofredus l. Qui peccat, vers. Sed nec rei ff. de manum. alserere alienationes has factas ante delicti sententiam, non esse omnino firmas, sed valorem earum suspendi, usque ad sententiam: ac proinde illa absolute manere validas, condemnatae autem, esse irritas. Quam sententiam omnes Doctores allegati num. praecedenti impugnant, & specialiter Alciatus ca. l. Post contractum, num. 2. Quia illa lex dedit donationes post delictum factas valere, dummodo sententia non sit secuta. At non vererentur si valor suspenderetur usque ad sententiam; nec id praeteriteri temporis participium, nisi condemnatio secuta sit, bene conveni-

veniret. Item, quia quamvis respectu delinquentis sit tempus delicti spectandum, l. 1. ff. de penis: at quo ad id, quod pecuniariter tertii interest, solum sententiae tempus inspicitur, l. penultima, ff. de us. naval. cav. agatur. Tandem, quia l. regia 2. tit. a. par. 5. videtur expressè approbare hanc partem. Ut tradit ibi Gregor. Lopez, verb. Que dicitur.

34. Sed haec conclusio limitatur primo, nisi lis pendeat in contraria rei. Quia reo contumaci est interdita alienandi potestas, nec hoc preteritum possit fisco eius instrui, l. finali ff. de requirendis reus. Ita Salicetus, Aug. Montepicus num. 83. ubi eo. n. 62. retuli.

35. Secundo limitatur, nisi alienatio sit rei irrevocabilis, qualis est libertas servo concessa, ea enim ipso jure non valet à principio: ut l. qui pona 8. §. Divus ff. de manumissi. Et ratio est, quia libertas semel concessa revocari nequit. §. Semel, insit. Quibus ex causis manumittere non licet. Ita Bartolus ca. l. Post contractum, n. 12. Et ibi Albericus num. ultimo, Annibal à num. 7. usque ad 12. Alciatus n. 17. Tabiena in summa, verbo Affensus, quae unica vu. 4. Sed ut haec limitatio sit vera, est intelligenda, quomodo ea libertas concederetur in fraudem fidei, tunc enim quamvis alias alienationes valere ipso jure dixerimus n. 26. at speciale est in libertate, ut ipso jure non valeat. Nec absurdum est, ut libertas, quae alias est valde favorabilis, sit in hoc deteriori conditione. Quia cum aliae alienationes factae in fidei fraudem, revocari valeant post sententiam, cavebitur fisco damnum haec revocatio: at quia statutum est libertatis concessio nem esse irrevocabilem, similiter statutum est eam esse firmiter à principio, si in fidei fraudem fiat, ne jus fidei defraudetur. Et in hoc casu loquitur d. l. Qui pona, ut constat ex illis verbis: Futurum proficeret. Quod si non in fraudem concedatur, valet utique ejus concessio ante delictum facta, in aliam alienationem. Quippe cessat praedicta discriminis ratio: cum nec aliae alienationes tunc factae, non in fraudem fidei, nequeant quoque secuta sententia rescindi. Ut probavi n. 31. Et ideo ita docent Alexand. addit. ad Bartolum ca. l. Post contractum, n. 12. l. l. l. Imola eadem l. n. 4. Cumanus n. 1. Romanus num. 12. Montepicus n. 82. Salicetus l. Si quis possidet, in princ. n. 8. in fine, §. 9. C. de bonis proscriptis.

36. Quarta conclusio. Si eiusmodi alienationes fiant lata delicti sententia, & ea transiit in rem iudicatam, tunc iuxta omnes non valet. Idque constat ex l. Post contractum 15. ff. de donat. Et l. regia 2. tit. a. par. 5. Si vero sententia sit per appellationem suspensa, valet alienationes interim factae: ac confirmata priori sententia revocantur. Ratio prioris partis est, quia cum prior sententia per appellationem suspendatur, non censetur interdita administratio delinquenti, donec illa confirmetur. Praeterea, quia cum verba cum effectu sint intelligenda, non dicitur lata sententia condemnatoria, quod utraque lex citata exigit, ne alienationes valeant, dum illa non sortitur suum effectum, sed appellatione suspenditur. De ratione autem posterioris partis dicemus n. 38. Et docent omnes Doctores ibi allegandi; & Scaccia l. 1. de iudicis, c. 98. n. 21.

37. Atque idem dicendum est, quamvis delinquentis ille obeat iura appellandi tempus, nec appellari, si ejus haereditas appellent, l. 2. §. C. si pendente appellat. Ita Annibal alios referens ca. l. Post contractum, n. 298. Et 299.

38. De ratione autem, cur secuta sententia confirmante revocantur alienationes pendentes appellatione factae, non constat inter Doctores. Quodam eas per viam attentati revocandas implorato solummodo iudicis exsilimant; eo quod pendente appellatione nil fit innovandum, & omnia innovata pendente ea revocentur postea, l. Chirographis 58. §. finali ff. de administrat. tutor. ubi pupillus auctoritate tutoris emit fundum ab eo, qui sententia iudicis erat ademptis bonis relegatus, pendebatque appellatio; & dicitur textus confirmatae priori sententia adimendum pupillo fundum, & teneri ei tutorem scienter ementem. Nec mirum debet esse hoc, quia non solum respectu iudicis, sed respectu etiam partis datur attentatum. Ut latè Lanellus de attentatis 1. par. toto capitulo. Et ideo hanc partem sustinent glossa ca. l. Chirographis, verbo ablatas, & ibi Bartolus, numer. 2. Albericus numer. 8. Idem Bartol. d. l. Post contractum, numer. 15. Et ibi Montepicus numer. 86. Annibal numer. 300. Salicetus d. l. Si quis possidet, in principio, numer. 9. Antonius Gomez tom. 3. variat. capitulo, ultimo, numer. 4. Pergrinus de iure fidei lib. 5. tit. 1. num. 181. Quare dicitur Montepicus, & Pergrinus ibidem non esse discutendum ad hanc revocationem, an haec alienationes fuerint factae in fraudem fidei, sicut contingit in alienationibus ante delictum factis, ad quarum revocationem est fraus à fisco probanda.

39. At alii melius censent hanc revocationem non fieri per modum attentati, & quasi rei innovatae pendente appellatione, sed quia factae post latam sententiam praesumuntur fieri in fraudem fidei, nec confirmata priori sententia capiat ea bona. Ducuntur, quia pendente appellatione non interdictur litigantibus efficere, quod pendente lite, ante sententiam facere poterant, l. Postquam 5. paulo post principium, ff. de legatorum fervandorum causa caventur. At pendente causa ante sententiam poterat hereditatem, cessante fidei fraude, & ob solam hanc fraudem revocabitur. Ergo idem est secuta sententia, dum per appellationem est sus-

pena. Nec obstat l. Chirographis 58. ubi cui contraria sententia innititur; non enim revocatur ibi alienatio, eo quod facta sit pendente appellatione, sed ratione fraudis praesumptae, qua ratione idem heret, etsi alienatio ante sententiam facta esset. Et ideo hanc partem sustinent Imola ca. l. Post contractum, in fine, & ibi Romanus n. ultimo, Bartolus ibi addit. ad Bart. n. 15. l. l. l. P. Cumanus d. l. Chirographis 58. ultimo, n. 4. Flores de Mensa in suis variis q. lib. 1. c. 13. n. 15. Et 16.

40. Temperanda tamen est conclusio, quo ad revocationem, ut non intelligatur de alienatione pro alimentis necessariis, & litem expensis. Quippe haec tanquam necessaria sententia in rem iudicatam transferit, aut ab appellationis iudice sit confirmata. Quod tradunt Montepicus ca. l. Post contractum, numer. 80. Et 90. Annibal ibi numer. 316. Et constat amplius ex dicendis caput sequenti, in numero 55. ubi etiam, quando bona publicantur ipso jure, dicemus hanc alienationem fieri posse, & explicabimus, quando dicatur alienatio necessaria.

41. Demum id monerim, quamvis res alienatae in fraudem fidei revocentur, semper post sententiam condemnantem, non revocabuntur tamen fructus ante sententiam ab illarum possessores percepti. Quia cum alienatio valeat, ac verum dominium in possessorem transferit, nec fisco ac verum aliquid acquirere in rem alienatam, possessor acquirere fructus. Idem enim est discrimen inter bona, quae publicantur ipso jure, & quae per solam sententiam; ut in priori casu publicentur res cum fructibus à die criminis perceptis eo modo, quo explicabimus cap. 23. In posteriori autem foli fructus post sententiam percepti publicantur, ad finem, de elect. Angelus de maleficiis verb. Et ejus bona publicantur, n. 24. Felinus c. de quarto, n. 33. vers. Nihilominus, de prescript. c. Rodolphus, num. 3. limitacione 3. de prescript. Guillelmus Benedicinus c. Raynatus, verb. Et uxoris decisio 5. numer. 276. de restantibus, Montepicus d. l. Post contractum, numer. 104. Et ibi Annibal num. 358. Ludovicus Gomez cap. 1. numer. 9. de rescript. in 6. Cevalar, a. Doctr. 2. par. cap. 6. §. 8. nu. 6. in fine, & num. 7. Pergrin. de iure fidei, l. 5. tom. 1. numer. 174. Quod quidem limitatur, quando bona alicujus publicantur ob sententiam, secus autem quando bona fisco aut alicui alicui, tanquam indigno: tunc enim auferunt cum omnibus fructibus perceptis. Ita allegato Saliceto tenet Pergrinus ibi. Item limitandum est, nisi tempore sententiae confiscatis, sint fructus pendentes. Quia tunc tanquam parafundi confiscantur cum ipso. Sic Montepicus ibi n. 102. Pergrinus ibidem.

C A P U T XXII.

Qualiter haereticus, & alii, quorum bona publicantur ipso jure, perdant eorum dominium à tempore criminis: & ea sint ante sententiam fisco restituenda; & alienando peccent, nec valeant alienationes, etiam quando non ipso jure publicantur, at est interdita administratio; & qualiter fisco teneatur creditoribus?

S U M M A R I U M.

Quoties quaestio disputanda sit? n. 1. An haereticus, & alii, quorum bona publicantur ipso jure amittant eorum dominium, idque in fisco transeat? Refertur sententia, num. 2. Explicatur sententia Authoris, n. 3. Et 4. Solvuntur argumenta, num. 5. Post n. 5. invenitur alia summaria.

1. Quadruplex est quaestio disputanda. Prima, de amissione domini. Secunda, de restituendi obligatione. Tertia, de prohibitione alienationis, & ejus. Ultima, de obligatione fisci erga creditores, quorum bona publicantur. 2. Quaestio prima. An haereticus, & alii quorum bona ipso jure publicantur, amittant bonorum suorum dominium à die commissi criminis, idque in fisco transeat? Duplex est sententia. Prior ait id à die commissi criminis perderi, ac in fisco transferri. Ducitur primum, quod rei vindicatio soli domino competat, l. in rem 24. ff. de rei vind. At inducta publicatione bonorum, datur post sententiam criminis declaratoriam vindicatio bonorum delinquentis fisco à die commissi criminis; ut in crimine laesae majestatis deducitur ex l. finali, ff. ad l. Julianam manifestatis, ibi: Extinguitur crimen mortalitate, nisi quis foret manifestatus crimine reus fuerit. Nam nisi hoc crimen à successoribus pergerit, haereticus fisco vindicatur. Secundo ex l. regia 4. tit. 2. p. 7. ibi: Ca. magister fuisse ostentatorem de las bienes, per dolo non ya el temario por sumalad, & era ya de la canona del Rey. Tertio, quia secuta sententia hujusmodi criminum declaratoria, restituuntur omnes alienationes cum fructibus inde perceptis à possessore; quod utique fieri non posset, nisi delinquentis perdidisset dominium à die criminis, idque esset fisco. Et ideo hanc hujus refectionis rationem tradit l. regia in 2. argumento allata. Quarto pro-

tionem cessari possit, hæc non est expectanda. Insuper, quia evidentiâ criminis commisi non indiget clamore accusatoris...

15 At nullatenus hoc est admittendum, sed dicendum est exigi adhuc iudicis sententiam. Quippe non est verum sententiam declaratoriam solum exigi, ut constat de crimine...

16 Acor, autem ibidem ait prædictam limitationem esse veram, si reus suum crimen in iudicio confessus sit, tunc enim ait jus esse sibi iurandi ea bona...

17 Hinc deducitur, quid dicendum sit de doctrina quam tradit Castro libro secundo, de lege penali, c. 10. in 3. principali argumento pro sua sententia, ubi ait solum occupantem bona hæretici...

18 Sed dicendum est tenei restituere. Quia iure illa usurpandi caret ante declaratoriam iudicis sententiam. Ut constat ex eo cap. cum secundum leges...

19 Secundo alii limitant principalem sententiam, ut intelligatur, nisi quando pena imponitur ipso iure, vel ipso facto addendo ut nulla opus sit declaratione...

conscientiam dimittere. Hi sunt Manuel in eo motu proprio, num. 31. statim in principio, c. 2. n. 32. Sorbus in compendio privilegiorum mendicantium...

20 Verum mihi probabilis est, desiderari adhuc aliquem iudicis actum ad eam penam incurrendam, nempe, declaratoriam eius criminis sententiam. Atque ita ea verba, absque alia declaratione, sunt intelligenda de penæ declaratione...

Imò optime Molina primo, de iust. quæst. ult. in fine, c. 1. in fine, dicitur, quod si reus suum crimen in iudicio confessus sit, tunc enim ait jus esse sibi iurandi ea bona...

21 Tandem alii limitant, nisi ii delinquentes rogati legitime a iudice negent delictum: tunc enim quamvis liberi evadant, tenebuntur penam hanc restituere, & sic hinc trahere bona...

22 At contrariam sententiam multis Doctoribus relatis sustulim libro decimo, de matrimonio, disputatione octava, numero decimoquarto, & ultra Doctores ibi relatos, eam tenent Acor, tom. 1. in fine, mor. lib. 5. cap. 8. quæst. 5. c. 1. s. c. 12. quæst. 5. Valquez, v. 2. quæst. 96. art. 5. disp. 175. cap. 12. num. 13. c. 14. Carbon, de iust. quæst. 31. conclusio 5. Quia tunc iniuste impediens tenetur restituere...

neatur ex officio, in ordine ad eos, quibus hæc damnatur sententia: sed in ordine ad spirituales omnium, & poenitentiam bonam...

23 Imò in verum existimo, quamvis hi iuste damnati appellentur ex causa falsa, aut fallis testibus se tuendo, teneantur enim adori expensas illas restituere...

24 Hinc deducitur minus verè dixisse Molin, tom. 1. de iust. disp. 95. col. 1. in fine, dicitur, quod si reus suum crimen in iudicio confessus sit, tunc enim ait jus esse sibi iurandi ea bona...

25 In hoc tamen casu tenebitur veritatem negans restituere, nimirum, si ageretur in iudicio contra reum ad aliquid contractus concessum legibus reformatione, ut ludi ultra quantitatem permittam, vel alias illiciti, vel gesti a minoribus...

26 Demum si quæras, quem effectum habeant ea verba appollita in lege, ipso facto, vel ipso iure, sint bona confiscata, aut amittantur bona? Dic verò habere. Primum est, quia licet in hoc conveniant poena per iudicem imponenda, & imposita ipso iure, vel ipso facto, ut neutra ad sui solutionem obliget ante iudicis sententiam...

27 Secundus effectus est, et quando poena est per iudicem imponenda, exigitur sententia condemnans ad illam, & eam declarans. Quod non fit per legem eo ipso imposita, sed quamvis per illam statuta sit, referatur ad iudicem, præcipiendo illi eam imponere. At quando imponitur ipso iure, vel facto, non exigitur sententia illam declarans...

28 Tertius effectus est, quoties bona sunt ipso iure confiscata, possunt hæredes delinquentis conveniri ad bona filio commissa, & illis non sit contestata ante delinquentis obligationem...

tum, hæredes ad penam illius delicti conveniri nequeunt. Ut habetur l. Ex iudicio 20. ff. de accusat. c. 1. in fine. c. Ex delicti, defuncti, in quantum hæredes, conveniantur. Et ratio est, quia in priori causa manent bona realiter obligata filio, quare ratione illius obligationis, cum qua ad hæredes transmittuntur contra illius actio...

29 Ultimus effectus est circa fructus restituendos. De quo diximus c. præced. num. 21. Ad argumenta contrariæ sententiæ relata n. 6. respondetur. Ad primum dic cum Covar. a. decret. 2. p. c. 6. §. 8. n. 10. peculiare esse in casu hæresis desiderari eius ignorantiam in hæredibus, ut bona defuncti præstentur, quare eo...

SUMMARIUM.

- Quando alienationes factæ ante delictum ab his, quorum bona ipso iure publicantur, vel quibus alienatio, & administratio interdicitur, revoquantur ad num. 31.
Circum alienationes factas post delictum revoquantur, est idem dicendum de his, quorum bona publicantur ipso iure, ac de his, quibus administratio interdicitur, n. 32.
Bona ab his alienata à die commissi criminis pertinent ad fiscum, & retrotrahitur confiscatio, num. 33.
An intelligatur hoc à solo tempore, quo delictum profectus in actum externum, & quando eo tempore cessavit cessare? n. 34.
Quid si reus condemnatur, eo quod in purgatione defecerit, aut contumax sit? n. 35.
An revoquantur hæc contractus, non obstantibus bona fidei possessoris, per quoscumque manus transierint? n. 36.
Quid si possessores bona illa præscripserint? & an veniantur prescriptione, adhuc superfluo hæretico? n. 37.
Quantum tempus prescriptio hæc patat? Refertur duplex sententia, num. 38. & 39.
Explicatur sententia Auctoris, num. 40.
Declarantur conditiones pectæ ad hæresis prescriptionem, n. 41.
An prescribi possit actio procedendi contra hæreticum defunctum, & filii evadant alias penas, præter bonorum confiscationem? n. 42.
An revoquantur alienationes factæ à viro, de parte luorum conjugante matrimonio acquisitorum, quæ ad uxorem hæreticam pertinent, quando hæresim ignoravit, & cui incumbat probare prescriptam? n. 43.
An hoc procedat etiam in contractibus gratuitis? n. 44.
Quid si vir conficius fuerit hæresis uxoris? n. 45.
An vir, cuius bona ob hæresim publicata sunt, possit reconciliari Ecclesie alienata dimidiam luorum uxoris partem? n. 46.
An alienationes factæ ab hæretico revoquantur, quando possessores bona fidei orientis expactio publicæ? n. 47.
An contractus gesti ab hæretico ante sententiam, valeant mere iure? Refertur duplex sententia, num. 48. & 49.
Explicatur sententia Auctoris, num. 50.
Quid differat inter utrumque dicendi modum? n. 51.
An tertius ille possessores conficius delicti patrat tempore alienationis, revoquantur ea bona tradite filio ante sententiam? n. 52.
An sicut publicantur bona delinquentis, aut in aliquibus bona licet reus teneatur hære locutione per eum facta? n. 53.
An alienationes necessaria factæ ab hæretico revoquantur à filio? Refertur quadam sententia, n. 54.
Explicatur sententia Auctoris, n. 55.
Declaratur qua sint alienationes necessaria, n. 56.
An sint iniunctæ alienationes necessaria, quæ dantur pro dotandis filiabus? n. 57.
An peccent alienandi bona ante sententiam? Refertur quadam sententia, n. 58.
Explicatur sententia Auctoris à n. 59. quæ ad 65. Et qualiter non sit culpa contra legem venire, quando non dirigatur ad personas, sed ad alios, n. 59.
An emens ab hæretico peccat? n. 60.
An sicut vindicantur hæc alienata, revoquantur possessori pretinuo solvere? Refertur quadam sententia, n. 61.

Explicatur contenta Auctoritatis, & quando prout dicitur esse in locis delinquentis, & conversum in utilitatem a n. 68. usque ad 71. Cui incumbat probare pretium esse conversum in utilitatem? numer. 72. An possident bona hereticorum iusti per edita, teneant ea declarare? numer. 73. Post numer. 75. inveniunt summaria reliqua, que desunt.

31 Quæstio 3. An quando bona publicantur ipso iure ob delictum, ut ob hæresim contingit, aut saltem a die commissi criminis interdicitur administratio delinquentibus, valeant alienationes ab eis factæ, sive titulo oneroso, sive lucrativo? Et quidem alienationes quovis titulo factæ ante delictum commissum, dummodo in fraudem fisci non fiat, valent, nec postea a fisco revocari valent. Quia ante delictum nil iuris in ea bona fisco acquisivit. Quod si in fraudem fisci factæ, valebant mero iure; at secuta sententia poterit fisco revocare. Sicut in aliis delictis, ob que confiscanda sunt bona per iudicis sententiam, diximus e. præced. numer. 25. & 26. Quia cum sola fraus abique alio iure in bona, præbeat revocationis causam, utraque delicta sunt eisdem rationis quo ad illam. Et ita docet Simancas de cathol. instit. tit. 9. numer. 56.

32 Quare difficultas hæc procedit de solis alienationibus post delictum factis. Atque loquendo de delictis, ob que non publicantur bona ipso iure, sed a tempore delicti commissi, interdicitur administratio: de quibus tractatur in l. Regalium 25. ff. qui et ad quibus, & l. de iudicium 20. ff. de actio. ff. de necul. ff. de iudicium 15. ff. de revocacionem, quo dicimus de delictis, ob que bona publicantur ipso iure. Ut bene tradit Bart. l. post contractum 15. n. 12. ff. de don. & ibi Montepius n. 83. Alciat. n. 18. Salicetus, l. si quis post hoc 9. in principio, n. 7. C. de bonis proscriptis. Taberna in summa, verb. Alfiusius, q. m. n. a. Gregor. Lopez. l. 2. verbo Valeria, tom. 4. p. 5. Anton. Gomez. tom. 3. var. c. ult. n. 4. Peregrinus de iure fisci, l. 5. tit. 1. numer. 175. Boffius in sua practica tit. de bonorum publicatione, n. 76.

33 Loquendo igitur de hæresi, & de aliis delictis, ob que bona ipso iure publicantur, certissimum est, sententiam latam contra huiusmodi delinquentes retrahit ad diem commissi delicti, ita ut omnia bona, que tempore delicti habebant, ad quemcumque quocumque titulo pervenerint, pertineant ad fisco. Quare fisco rescindit omnes contractus, sive titulo oneroso, sive lucrativo, sive causa dotis, ab illa die ab huiusmodi delinquentibus initos. Ratio huius diversæ redditur iuxta diversas sententias: nam sustinendo sententiam numero secundo relatam, ratio est quia ex de commissi delicti amittere hic dominium omnium bonorum suorum, idque fisco comparavit, cui dominio nulla alienatio postmodum facta potest præjudicare. At retentio nostra relatam numero tertio, & quarto, dicente non amittit dominium, ratio est, quia quando poena imponitur ipso iure alicui delicto, comparat fisco à die illius delicti prætrati ius, & hypothecam in omnia delinquentis bona, id eo quod onere transeat ad quemcumque quovis titulo possidentem: cui iuri ex tunc acquiescit per fisco, nullus contractus postea initus oblatæ valet. Sicut nec cuiusvis hypothecæ onus alicui rei adjectum impeditur per quemcumque illius rei alienationem.

34 Intellige tamen à die commissi criminis procedentis in actum externum, quantumvis occultum. Ut optime ait Sotus lib. 1. de iust. quest. 6. art. 6. conclus. 4. Quia cum per actum internum nulla poena incurranter, sed bene per externum quantumvis occultum: (ut probavimus hoc libro capite octavo, numero primo & sexto.) contractus initus hæretico, antequam internam hæresim, verbo, facto, vel signo aliquo, sufficientibus ut sit hæreticus externus, manifestetur, reputantur ex initi ante delictum: utpote qui verè ante delictum publicationi subiectum, & ante ius comparatum a fisco in ea bona, sunt initi: cum autem crimen publicationi subijciatur ex puncto, quo hæresis in actum externum quantumvis occultum prodit, ex tunc ius comparat fisco in ea bona, & id eo contractus ex tunc initos revocat. Atque sustinendo sententiam, quam hoc libro cap. decimo quarto, numero secundo, retinimus, nempe non publicari bona acquisita post delictum, tempore quo ab illo etiam ante sententiam respicit, contractus circa bona tunc acquisita non subijciuntur hinc rescissioni. Et id eo cautè Barlosus cons. 289. numer. 10. vol. 2. ait omnes contractus ab hæretico initos à die commissi criminis omni tempore, quo in hæresi perseveravit, esse nullius valoris.

35 Præterea intellige, nisi reus damnatur in contumacia, vel eo quod in purgatione desecrit, tunc enim non publicantur bona à die, qua testes deponunt illum in hæresim incidisse, sed à die, qua desecrit in purgatione, vel damnatur tamquam contumax. Quod ex tunc tantum hæreticus esse præsumatur. Ista tradit latè probans Quemada in suis questionibus fiscalibus, tota questione 8. & ipsum sequitur Simancas de cathol. instit. tit. 9. n. 26.

36 Et quamvis quando bona non publicantur ipso iure, sed per sententiam publicanda sunt, non revocantur con-

tractus onerosi ante sententiam initi, nisi probetur mala fide emptoris, ut probavi capite precedenti numero vigesimo nono.) At quando confiscantur ipso iure, revocantur non obstante bona fide possessoris, per quocumque manus, transferuntur ea bona. Quia in priori causa nullum jus, aut hypothecam acquirit fisco in ea bona ante sententiam, quo tamen acquirit in posteriori. Ita docent Archid. c. cum secundum leges, n. 2. de hæret. in 6. & ibi Dominicus in principio, nu. ult. Angel. l. si quis post hoc, nu. 4. C. de bonis proscriptis. & ibi Fulgofius n. 10. Montepius l. post contractum 15. n. 69. ff. de donat. Repertorium inquisitorum verbo Alienatio, paulo post principium, Boffius in sua pract. tit. de bonorum publicatione, numer. 76. & 77. Scaccia de iudicis, lib. 1. c. 98. n. 15. Gregor. Lopez l. 4. verb. Non deve, in fine, tit. 2. p. 7. Sarrus decif. 247. n. 11. Penna in directorio inquisitorum 2. par. in gloss. Archidiaconi super 6. Decret. tit. de hæret. cap. Cum secundum leges, numer. 11. Et omnes Doctores, quos numero sexagesimo primo referam, dicentes peccare hæreticos alienando titulo oneroso, quando recipiens est hæreticus ignarus: nam in damno emptoris bono fidei fundatur, quod palliatur est fisco vindicantæ ea bona post hæresim alienationis detectam.

37 Limitanda tamen est hæc sententia primo, ut rescindantur omnes contractus post hæresim initi, & fisco ea bona à quibuscumque possessoribus auferat, nisi possessor illi bona præscripserit. Quod apud omnes constat. Et habet expressè e. fin. de proscript. in 6. verb. Si post mortem, et quidem si adhuc hæreticus vivit, cum contra ipsum proceditur, nulla præscriptione iuvare possit posterius eorum bonorum. Quod à contrario sensu ex eo cap. finali constat, quod post hæresim mortem concedit cum præscriptionem. Et tradunt Joan. Andr. ibi n. 5. & ibi Anchar. notabili 7. nu. 3. Dominicus ibi §. Si post mortem, numero tertio, epos. l. Villadiego de hæreticis, questione vigesima secunda, numero tertio.

38 Quando autem contra hæreticum defundum proceditur, dilident Doctores circa tempus petium ad hæc præscriptionem. Quibusdam quinque annis placet. Quia fecerunt l. 2. c. de appo. tit. l. 1. reg. 7. tit. 25. p. 7. Et tradunt glossa l. Manuibus, verbo Surtis, c. de hæret. Bart. d. l. 2. numer. unico, Romanus singulari 431. de criminis, quod in nova editione est 426. Et alii, quos refert Farinacius in sua practica in nova editione, tomo 1. par. 1. tit. de delictis, & panis, questione 25. numero 158.

39 Alii sic distinguunt, si bona illa sint applicanda fisco seculari, præscribitur quinque annis: & ita intelliguntur leges allegatæ numero precedenti in §. verò fisco ecclesiastico, & exiguntur quadraginta anni: iuxta textum d. e. fin. Ita tradunt Abbas. c. cum nobis, n. 8. de proscript. & ibi Felinus numer. 11. Francus eod. c. fin. n. 2. Carrerius tractatus de hæreticis, §. Exposito processu hæreticorum, n. 33. in fine, Fopcin. tractatus de lamiis, n. 76. Covar. 4. Decret. 2. par. cap. 6. §. 8. n. 16. Gregor. Lopez l. 7. verb. Deinde in adelante, tit. 25. p. 7. Antonius Gomez tomo 3. var. cap. ultimo, numer. 5. ad finem, Quemada in suis questionibus fiscalibus, q. 16. consil. 2. & 3. Atque subdit Covarr. hoc procedere quando bona sunt fisco seculari applicanda, & isti possessores habuerint scientiam hæresis, & sic malam fidem. Quia cum non teneantur ante sententiam hæresis declarationem ea bona fide restituerent, hæc mala fides est illam speculativa: quamvis iure canonico attempto fateatur hæc malam fidem oblatæ præscriptioni huic, quando ea bona sunt fisco ecclesiæ applicanda.

40 At dicendum est in utroque casu exigi quadraginta annos ad hæc præscriptionem, qui ab hæretici obitu sunt computandi. Quia sic indistinctè decidit capit. fin. verbis, Si post mortem, de proscript. in 6. ibi: Si post mortem hæreticorum, qui dum viverent, catholici putabantur, bona ipsorum à catholicis eorum filijs, vel nepotibus, vel extraneis quibuscumque spatio quadraginta annorum fuerint bona fide possessa: facimus eos super bonis huiusmodi, etiam ad Romanam pervenire debent Ecclesiam, in hoc casu non esse ulterius molestandos, quamquam illi, quorum bona fuerant, nunc decesserint hæretici extrinsece. Et cum huiusmodi crimen sit ecclesiasticum, est in illo standum iure ecclesiastico: & ius civile servatur in aliis criminibus secularibus, ob que publicantur bona ipso iure, ut in crimine læsæ majestatis humane, & sodomie. Præterea quia (ut optime ait Molina statim allegandus,) quamvis hodie fisco seculari applicentur hæc hereticorum bona: at id evenit ex Pontificum concessione, & id eo eodem modo fisco scribenda, quo præscriberentur applicanda fisco ecclesiastico, nempe quadraginta annis: cum fisco seculari gerat vires ecclesiasticas. Et id eo pro hæc sententia sunt Doctores quidam absolutè petentes quadragennarium spatium ad hæc præscriptionem. Hi sunt gloss. eo cap. fin. verbo hæretici, Joan. Andr. ibi numer. 5. Dominicus ibi §. Si post mortem, numer. 4. Villadiego de hæret. quest. 22. numer. 3. Repertorium inquisitorum verbo Proscriptis, verb. Sed super præscriptione. Acor. rom. 1. instit. moralium, lib. 5. cap. 7. in fine, & lib. 8. cap. 12. quest. 16. Et in propriis terminis tradunt Antonius Gomez sibi contrarius tom. 3. var. cap. 1. numer. 81. Rojas de hæreticis par. 1. numer. 496. Simancas de catholicis institutis, tit. 18. numer. 14. & tit. 19. numer. 133. ubi addit, etsi quadam inquisitorum instructione cautum olim erat, etiam transacto quadragennario tempore integrum esse procedere ad publicanda ea bona, cum esse iam abrogatum, & ad jus canonicum redactam. Et numer. 134. dicit sententiam nu-

mero

mero precedenti relatam petentem solum quinque annis esse à tribunalius explorant. Penna in directorio inquisitorum 3. part. comment. 92. column. 2. verb. Hac tamen distinctione, Farinacius in practica criminali, in nova editione, tom. 1. part. 1. tit. de delictis, & penis quest. 25. nu. 163. & tit. de inquisitione quest. 10. n. 82. Molina tomo 1. de iustis, disp. 73. column. antepenultima, verbis. Hinc infert, & Covar. n. precedenti relatus fatetur, in his Hispaniæ regnis servari jus canonicum, etiam si bona fisco seculari applicentur. Ut habet prima instructio Hispaniensis c. 20.

41 Petuntur autem ad hæc præscriptionem in eo c. finali aliquæ conditiones, ultra hoc quadragennarium tempus. Prima est, ut hæretici, quorum bona præscribuntur, fuerint tempore suæ vitæ reputati catholici. Sic clare dicitur textus, & docent gloss. ibi verbo Putabantur, & ibi Dicit textus, & docent gloss. ibi verbo Repertorium inquisitorum, §. Si post mortem, numer. quarto, Repertorium inquisitorum verbo Proscriptis, verbis. Sed super præscriptione, & addit tunc non reputari catholicos, quando tempore mortis erant damnati, aut diffamati, aut saltem suspecti hæresis. Atque in versibus, Exigitur quarto, & versibus sequenti, addit, si non reputabantur tunc catholici, etsi quadragennaria præscriptio locum non habeat; at centenarium locum habere, dummodo concurrant reliquæ conditiones in eo textu petite. Secunda conditio est, ut possidentes eo spatio sint catholici: ut expressè id petit textus ille. Quare si hæretici sint, nullo tempore præscribit. Ut tradit ibi glossa verbo, Catholicis, ab omnibus recepta. Tertia, ut bona fide possident ea bona. Est autem hæc bona fides, quando recipientes putabat catholicum esse eum, à quo bona illa accepit. Et tradunt ibi glossa verbo, Bona fide, & ibi Dominicus, §. Si post mortem, numer. 4. Penna eo commentario 92. columnam 2. verbis. Et ibi gloss. Acor. tomo 1. institutionum moralium, libro 5. cap. 7. in fine, & libro 8. cap. 12. quest. 16. Quamvis enim hæc sit mala fides solum speculativa, cum possident ea bona cum hæresis scientia, ante delictum declarationem, minimè peccent: at ius canonicum præscriptionem huiusmodi indicens voluit, expressè bonam fidem. Ut bene observat Covar. 4. Decret. 2. part. cap. 6. §. 8. numer. 16. Quarta conditio est, ut toto eo quadragennario tempore non derogat hæresis, nam si antea derogat, quamvis sententia declaratoria non sit pronuntiata, non habere locum hæc præscriptio, si cum possessore fidei legitimum, aut eis scientibus probatum crimen: tunc enim ea mala fides præscriptionem interrumpit. Sic Joannes Andr. eo cap. in fine, numer. 5. & ibi Francus numer. 7. Dominicus ibi §. Si post mortem, numer. 4. Et ita Penna proxime relatus ait, si intra id tempus possidentes norant hæresim defuncti, interrumpi præscriptionem.

42 Demum circa hæc præscriptionem id monerim, nullo temporis spatio præteribit adionem procedendi contra ipsum hæreticum defundum, ad eius memoriam damnandam, & statum comburendam. Quia textus ex c. finali indicans hæc præscriptionem intelligitur quo ad sola bona. Et ita alii citatis tradunt Covar. 4. Decret. secunda parte, cap. 6. §. 8. n. 16. Simancas de cathol. institutis, tit. 18. numer. 42. Penna dicit commentario 92. column. 3. verbis. In qua discutitur, qui column. 4. verbis. Ex hoc capite, optime hinc inferri filios bona possidentes eo quadragennario spatio, non evadere alias penas, præter confiscationem, ut infamiam, inhabilitatem ad officia, & beneficia, &c.

43 Secundo limitatur principalis sententia, ut revocentur alienationes, nisi factæ sint à viro, ex parte lucrorum acquiritur constante matrimonio, quoad uxorem hæreticam pertinebat, quando tempore alienationis non erat uxoris hæresim. Quippe hæc secuta uxoris condemnatione non revocantur. Ratio est, quia l. regia 5. titulo 9. libro 5. recip. concessa est viro administratio, & alienatio horum bonorum, quando non est facta in uxoris fraudem: quo iure non debet privari ob ignoratam à uxoris hæresim. Item quia l. regia 77. Tauri, que hodie est l. 10. titulo nono libro quinto recipit, decidit secuta sententia declaratoria eius criminis, & confiscandam esse partem lucrorum uxoris delinquentis, & hæc partem intelligendam esse, que acquisita fuerit usque ad tempus sententiæ latæ. Cum ergo ea pars possit auferri, & mini usque ad sententiam, conceditur viro usque tunc administratio: & subinde non revocantur alienationes. Quia l. sustinet tamquam probabile Simancas de catholicis institutis, titulo nono numero 8. Et docent Matienzo libro 5. recip. tit. 9. glossa 6. numer. 2. Vasquez 1. 2. quest. 96. artic. 5. disputatione 169. cap. 2. numer. 14. Alienationem autem esse factam in fraudem, incumbit fisco probare: Quia lex illa regia 5. transfert onus probandi in dicentes alienationem factam esse in fraudem, ibi: Salvo si fuerit provado que se hizo casualmente por defraudar, & damnificat à su mujer. Sub qua tandem regula clauditur etiam fisco: tum quia in uxoris ius succedit; tum etiam quia nisi expiatur, utitur iure privatorum: regula Quæ ius tu 238. ff. de regul. iuris. Ita Simancas ibi, numer. 84. & 85. Vasquez eodem cap. 2. numer. 15.

44 Sed an hoc procedat in solis contractibus onerosis, an etiam in gratuitis, ut donationibus? Simancas eod. tit. 9. numer. 86. & Vasquez eod. c. n. 15. & 16. dicunt non procedere in contractibus gratuitis, sed in solis onerosis. Quod lex illa regia 5. solum facultatem alienandi in contractibus onerosis viro concedat: ut multi alii Doctores nostri regoite-

Summa Th. Sanchez, Pars I.

stantur. At hoc non est ita expeditum, quin alii asserant concedi quoque facultatem donandi. Ac prouide iuxta horum sententiam, idem erit dicendum de contractibus gratuitis. Sed placet media sententia, quam amplectuntur Molina lib. 2. de primogen. cap. 10. a. n. 65. Joannes Garcia de expensis, cap. 13. n. 18. & de eo conjugali acquisitione, n. 65. dicens esse receptissimam à Doctores Hispanis, Burgos de Paz junior in suis quest. civilibus quest. 9. numer. 23. Gutierrez in suis pract. lib. 2. quest. 121. per totam, Molina Sententia Jesu tomo 2. de iust. disp. 275. column. antepenult. verbis. Media tamen, que ait posse eam donationes moderatas ex iusta causa facere non tamen excessivas. Quod ipsi latius probant. Et id eo contenta hæc sententia, erit idem dicendum de his donationibus moderatis factis à viro, quod de contractibus onerosis diximus.

45 Quando autem vir est conficius hæresis uxoris, dicunt Simancas eo tit. 9. n. 82. & Vasquez eodem cap. 2. n. 14. revocari alienationes à fisco, eodem modo, quo revocantur, si ab uxore hæretica, post viri obitum, ac commissi criminis factæ factæ essent. Quare ait Vasquez secuta confiscationis sententia, quemcumque possidentem ea bona etiam titulo oneroso, teneri in foro conscientie ea bona restitueri fisco. Et neuter suæ sententiæ rationem tradit: nec ego eam venio. Quia ignorantia hæresis nullam alienationem viri tribuit, ut ea non revocetur secuta sententia postmodum, sed sola eorum bonorum administratio concessa viro ante declarationem criminis sententiam, qua cum privari proprietatem scientiam hæresis uxoris, nullo iure caveatur. Propter melius dixit Matienzo lib. 5. recip. tit. 9. glossa 6. nu. 2. præsumi eam alienationem tunc fieri in fisci fraudem, quando vir hæresim uxoris norat, & id eo hæc ratione eam à fisco revocari. Ex quo ergo colligit non revocari, quando constat eam non esse factam in fraudem.

46 Idem demum observant Simancas eodem tit. 9. nu. 87. dicentes id esse probabile, & Azcoz lib. 5. recip. tit. 9. lib. 5. numer. 17. & Vasquez eodem cap. 2. numer. 16. non posse virum hæreticum, cuius bona ab hæresim publicata sunt, reconciliatum postea Ecclesiæ, alicare dimidiam lucrorum uxoris partem. Quod societatis illa sit per publicationem bonorum viri soluta, & culpa sua vir ad inopiam pervenerit. At non video qua ratione, quo iure fide societatis soluta: cum nullibi hæc poena ob viri hæresim decreta sit, ut nec postea reconciliatus Ecclesiæ possit bona administrare: nec ea administratione privatur, eo quod culpa sua patrimonium perdidit. Præterea quia nempe dubitavit, bona à viro reconciliata parta esse cum uxore dividenda. Non ergo est societatis dissoluta, & subinde, nec bonorum administratio viro interdicitur.

47 Ultimo limitatur principalis sententia, ut alienationes factæ ab hæretico, & aliis, quorum bona publicantur ipso iure, à fisco revocentur, nisi tertius possessor possideret bona fide oriente ex pacto publico, puta principis, vel officialis, qui sententiam abolverent tulisset: nam si facta detegeretur ille hæreticus, aut alterius criminis subiecti publicationi ipso iure reus, alienationes factæ post solutionem, & ante processum revocationem, ita firmæ essent, ut revocari nequirent. Ita Boffius in sua practica, titulo de bonorum publicatione, numero 76. dicens ita fuisse pronuntiatum Mediolani, Scaccia lib. 1. de iudicis, capitulo 98. numer. 17.

48 Demum supersit quadruplex difficultas. Prima est, an contractus gelli ab hæretico, antequam damnetur, valeant? Quidam valere negant. Ducuntur quia cum careat dominio suorum bonorum, id in alium transferre nequit. Secundo quia l. Ex iudiciorum 20. verb. Ado, ff. de acen. sic dicitur. Ex quo quis aliquod ex his causis crimine contractis, nihil ex bonis suis alienare, aut mutare non possit. Et l. Donationes in concubinato 32. §. ff. de donat. ibi: Data donationes esse non possunt post crimen peradulterium. Et l. regia 4. tit. 2. par. 7. ibi: Venidia, nisi donationem, non cambio, nisi engragmento, que ostendit fecho de sus bienes, et que suesse juzgado por traydor, desde el dia que comenzo à andar en la traycion, hasta el dia que airon la sentencia el, non deve valer en ninguna manera. Ca magner fuisse en tenencia de los bienes à la fazon que los en age nava, perdido avia el senorio por sus maldada. Huius sententia sunt Anch. c. finali, numer. 2. notabili 6. de proscriptis in 6. Decius consil. 235. numer. 3. vol. 2. Sylv. verbo, Hæresis, 1. quest. 8. numer. 14. verbis. Unde donatio, Montepius, l. post contractum, 15. numer. 69. ff. de donat. Taberna in summa, verbo, Alfiusius, qu. unica, nu. 4. Repertorium inquisitorum verbo, Alienatio, in initio, & verbis. Item alienatio, Sor. lib. 1. de iust. qu. 6. art. 6. concl. 4. Victoria relectioe prioris de iudicis infamiam, numer. 13. Boffius in sua pract. tit. de bonorum publicatione, numer. 76. Tello l. 4. Tauri, numer. 44. in fine, Simancas de cathol. institutis, tit. 9. numer. 25. Peregr. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. numer. 166. Penna in directorio inquisitorum, in 2. par. in gloss. Archidiaconi super 6. Decret. tit. de hæret. c. Cum secundum leges, numer. 7. Barlosus consil. 289. numer. 10. vol. 2. Sarrus decif. 247. numer. 9. & 10. Azcoz lib. 8. recipit. tit. 3. l. 1. numer. 187. & 188. Aragon. 2. 2. qu. 11. art. 3. fol. 347. col. 2. verbis. Infro 2.

49 Alii vero dicunt tunc fore irritas hæc alienationes quando tunc revocatur publico delicti, ac sententia: secus quando ita occultum est, ut hæc minimè timentur. Ita quidam Recentiores, quos tacito nomine refert Vasquez, numer. sequenti citandos.

K 4 At ce